

Rome, 9 juin 1617. Bellarmin au doge de Venise.

1869  
4569

*Gov. Bembo 1615-1628*

/ Sereniss/me Princeps.

Literas Serenitatis Vestrae reddidit mihi nobilissimus Eques D.  
Hieronymus Superantius, Orator ordinarius ad Summum Pontificem nos-  
trum, Paulum V. Eas literas, qua debui observantia, recepi, et quae  
5 ab illo dicta sunt, libenter audivi. Vicissim ego me ad omnia offi-  
cia promptum exhibui tum ipsi D'no Oratori, tum per illum Serenita-  
ti vestrae, et toti illi potentissimae, et gloriosissimae Reip. Il-  
lud unum opto, ut mihi praebeatur occasio in re ipsa demonstrandi  
promptissimam voluntatem, quam gero, et semper gessi, in obsequium  
10 totius Venetae Reipublicae. His valeat Ser/tas V. cui à Deo nostro  
precor longissimos annos, et veram corporis, et animi prosperitatem.  
Romae die 9. Junii 1617.

Serenitatis V'rae

Studiosissimus Servitor

15 Robertus Card/lis Bellarminus.  
.....

---

Venise. Archiv. di Stato. Collegio. Lettere Cardinali 1612-1620.